Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Alt Capell zu Regenspurg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Visual Library

ABBATISSAE MONASTERII ALTOMVNSTER.

I. ANNA *Hutterin ob. an. 1527. die 21. Iunij.*
II. CATHARINA *Ortlerin ob. die 10. Maij, An. 1530.*
III. VRSVLA *Khlöbling ob. die 4. Decemb. an. 1537.*
IV. OTILIA *Offlerin defuncta 28. Febr. an. 1557.*
V. MARGARETHA *Petſchnerin ob. die 9. April. an. 1563.*
VI. BARBARA *Steidlin ob. die 28. April. an. 1570.*
VII. CATHARINA *Plaicherin è viuis ſublata die 21. Ianuar. an. 1582.*
VIII. ANNA *Preiſſin. ob grandiorem ætatem reſignauit an. 1604. defuncta an. 1609. die 28. Septembr.*
IX. ANNA *Dietherin, & ipſa ætatis prouectioris reſignauit die 18. Iulij, an. 1618.*
X. ANNA *Mayrin, moderna Abbatiſſa.*

Alt Capell zu Regenſpurg.

ECCLESIA Collegiata. Heinricus ſanctus Imperator, ſub Gebhardo Epiſcopo Ratisbonen. Eccleſiam S. Mariæ Virginis, ad veterem Capellam, olim à Theodone, Sicut & alia Otingæ ab Ottone, eius fratre, Principibus Bauariæ, conſtructam, in Collegium Canonicorum extulit, ampliauit, & plumbo texit, ſecundùm Iohannem Auentinum in annalibus, fol. 507. circa Annum Domini 1023. Altare priſcum, olim à S. Rudperto dedicatum, manſit immobile, quod vſque hodie monſtratur in gradibus. Hæc Eccleſia reſpicit Bambergenſem Cathedralem, ex eoque ab antiquo, ſemper habent Præpoſitum ex Bambergenſibus Canonicis. Sed quod ad juriſdictionem Epiſcopalem, pertinet ad Ratisbonenſem Eccleſiam, &c. Hæc ex Conrado de Maidenburg.

ADDITIONES.

V*Ide Marc. Velſer Boiar. IV. pag. 215. Liber M. S. Collegiatæ huius Eccleſiæ, cui titulus de limitibus parochiarum Ciuitatis Ratiſpon. cap. VI. refert* Capellam Beatæ Virginis Ratiſponæ, quæ nunc vetus Capella dicitur fuiſſe inchoatam temporibus Caroli Magni, poſt expugnatam ab illo ciuitatem Ratiſponam. *Et cap. IX. B.* Henricus Imp. fundator Eccleſiæ veteris Capellæ. A

CATALOGVS PRAEPOSITORVM IMPERIALIS COLlegiatæ Eccleſiæ B. Mariæ Virginis ad veterem Capellam Ratisbonæ, quorum notitia haberi potuit: plurium enim nomina hactenus non exſtant.

I. Dn. GOTTFRIDVS, *an. 1215.*
II. Dn. LEOPOLDVS *Comes de Pogen, an. 1226.*
III. Dn. OTHNANDVS *à Shöllenberg, an. 1232.*
IV. Dn. HENRICVS *de Walduvve, an. 1245.*

Ennucho. V. Dn. FRIDERICVS *de Bolandia, an. 1272.*
VI. Dn. EMICHO *Decanus Bambergenſ. an. 1274.*
VII. Dn. GOTTFRIDVS *de Pikenbach, an. 1285.*
VIII. Dn. CVNTO *de Reicheneckh, an. 1326.*
IX. Dn. EBERHARDVS *de Hohenberg, Canonicus & Scholaſticus Bambergenſis, an. 1333.*
X. Dn. IOANNES *de Pariis, an. 1363.*
XI. Dn. HILTPRANDVS *de Sönsheim, an. 1364.*
XII. Dn. HEINRICVS *de Hohenſtein Canonicus Bambergenſ. an. 1379.*
XIII. Dn. ALBERTVS *de Wertheim Canonicus Bambergenſ. Parochiam in Moſheim incorporauit Scholaſteriæ Veteris Capellæ. an. 1381.*
XIV. Dn. IOANNES *Kleinheer, an. 1405.*
XV. Dn. THOMAS *Comes de Wertheim, Præpoſitus Bambergenſ. an. 1414.*
XVI. Dn. IACOBVS *Seeburg, Canonicus Ratisbonenſ. an. 1417.*
XVII. Dn. CONRADVS *Chonhouer, an. 1424.*
XVIII. Dn. VDALRICVS *Deichsler, an. 1442.*
XIX. Dn. WERNHERVS *de Auffſes Canonicus Bambergenſ. an. 1445.*
XX. Dn. CASPARVS *Schenck an. 1467.*
XXI. Dn. CONRADVS *Schenck Canonicus Aichſtadianus & Auguſtanus an. 1472.*
XXII. Dn. MARCVS *Fugger, an. 1477.*
XXIII. Dn. IOANNES *Gans, an. 1478.*
XXIV. Dn. AMBROSIVS *Schvvarzenhouer, an. 1493.*
XXV. Dn. IOANNES *Dietenheimer, an. 1516.*
XXVI. Dn. PAVLVS *Neidecker, an. 1553.*
XXVII. Dn. MARQVARDVS *de Berg, Canonicus Moguntinus Bambergenſ. & Auguſtanus, poſtea Epiſcopus Auguſtan. an 1557.*
XXVIII. Dn. PANCRATIVS *de Rabenſtein Canonic. Bambergenſ. an. 1565.*
XXIX. Dn. IOANNES *Neuſtetter Præpoſitus Bambergenſ. an. 1592*
XXX. Dn. IOANNES *Georgius de Stadion, Canonicus Bambergenſ. & Auguſtanus, Vicedominus Carinthiæ, an. 1598.*
XXXI. Dn. IOANNES *Caſparus à Lamersheim, Canonicus Bambergenſ. Vicedominus Carinthiæ, &c. modernus Præpoſitus, an. 1620.*

ALTMVLMVNSTER AD ALTMILAM FLVVIVM.

DOMVS Teuthonicorum militum ordinis S. Ioannis. Hæc fuit aliquando Ratisbonæ, apud S. Leonhardum ſedes Commendatorum, quæ propter nimis tenues redditus translata eſt in Altmülmünſter, ad Altmilam fluuium, ſupra vicum Rietenburg. Pro hiſce militibus inſtitutum eſt iſtud Altmülmünſter, olim per Heinricum, & fratrem eius Ottonem, Comit. de Rietenburg, Burggrauios Ratisbonenſes. De quo Auentinus lib. 7. annalium, fol. 654. Ita ponit eadem tempeſtate Heinricus & Otto, fratres Rietenburgen. Reguli Tyſſiam atque Alemanni Monaſterium equitibus ſacris, quos à Templo Palæſtino cognominant, hoc eſt, templariis dedicauêre, quod hiſce excisis Rhodiis, quos Iohannitas vocant, traditur.

ADDI-